

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1766**

CCCCXCIV. Conventio inter eduardum fortunatum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-295134](#)

## CCCCXCIV.

CONVENTIO INTER EDUARDUM FORTUNATUM  
MARCHIONEM BADENSEM ET STANISLAUM KUCZKOWSKI  
ADMINISTRATOREM TELONIORUM REGIORUM POLONIE,  
DE IMPETRATIONE CONTINUANDÆ FATE ADMINISTRA-  
TIONIS ET REPROMISSIONE 5. MILLIA FLORENORUM  
SINGULIS IMPETRATIS ANNIS, PRO RECOM-  
PENSATIONE BENEFICIORUM EX-  
SOLVENDI.

A N N O   M D L X X X V I I I .

*Ex Tabulario Badenfi.*

**N**os EDUARDUS FORTUNATUS DEI gratia Marchio Badenis  
comes in Sponheim &c. Et ego STANISLAUS KUCZKOWSKI  
Datiarius & Administrator Teloniorum Regiorum majoris & minoris Po-  
lonie: Significamus præsentibus literis nostris quorum interest univer-  
fis & singulis, convenisse inter nos, ut nos Marchio apud Serenissimum  
Regem pro dicto Kuczkowsky intercederemus quo possit eisdem condi-  
tionibus & prætio, quibus Mag. eus Regni Thesaurarius habet, a S. R.  
M. te obtainere continuationem Arendæ Teloniorum supra dictorum, post  
expirationem duorum Annorum vd. & 1589. & 1590. (quibus a Mag. co  
Regni Thesaurario arrendavit.) adhuc ad tres annos sequentes scilicet  
1591. 1592. & 1593. Mense Januarii 1. incipientes. Quod etiam feci-

mus & tantum a S. R. M.te obtinuimus, ut id ipsum nobis verbo suo Regio addixerit. Quam promissionem Regiam declaramus, nomine dicti Kuctzowski nobis a S. R. M.te factam ac eidem promittimus & spondemus nos effecturos, ut prima, quam habebimus, commoditate S. R. M. tas dicto Kuctzowski manu Regia & Sigillo, eandem continuationem trium Annorum incipientium ut supra anno 1591. Januarii 1. addicat & assecureret. Pro quo beneficio, Ego Kuctzowski promitto exsolvere statim post debitam expeditionem meam in Cancellaria Regia, & usitatam introductionem in realem possessionem dictorum Teloniorum, pro tribus dictis annis, singulis annis quinque millia florenorum Polonicorum. Idque semper circa principium incipientis anni. Et quoque omnia gratitudinis officia erga Ill. tem suam praestare. Quemadmodum vicissim nos Marchio, intuendo, protegendo, & promovendo dictum Kuctzowski, nihil omittemus aut in nobis desiderabitur. In cuius rei fidem, has uterque nostrum manu propria subscripsit, & sigillo proprio muniri curavit. Actum Cracoviæ die 20. Junii 1588.

EDUARDUS F. Marggraffe

zue Badenn.

STANISLAUS KUCZKOWSKI

Regni Teloniator.